secunda post Dominicam Iubilate proxima anno praesenti dato et conscripto, manu eiusdem Gnosi Mathiae Rybinski subscripto, actis praesentibus cum Interpositione Vadij Duorum Millium florenorum polonicalium roborato, nec non de eadem Inscriptione Castrensi Capitaneali Praemisliensi roboratoria, atque summa praefata Duorum Millium florenorum Polonicalium ob praestitam sibi in praemissis satisfactionem, Quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronunciat, Scriptum praefatum et Inscriptionem eius Roboratoriam in toto et per omnia cassat, mortificat, et annihilat, perpetuum sibi in praemissis imponendo silentium, Hac sua Quietatione ad Acta praesentia mediante.

Swiechowska Vicecapitaneum Loci praesentis Quietat

Coram Gnoso Adamo Ioanne Porski Camerano Granicali Terrae Praemisliensis in Locum infrascripti Gnosi Ioannis Stawski Pocillatoris Terrae Leopoliensis Vicecapitanei Loci praesentis Subdelegato, munus hoc subdelegationis in se Bonaque sua generaliter omnia libere, libere et benevole consumente officioque et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Comparens personaliter Nobilis Euphrosina Swiechowska olim Nobilis Andreae Wolski Consortis derelicta Vidua, sana mente et corpore existens, a Terris, Dictis Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet, seum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipsa Gnosum Dominum Ioannem Stawski, Pocillatorem Terrae Leopoliensis Vicecapitaneum Loci praesentis de Scripto certo manuali, per praenominatum Gnosum Pocillatorem Leopoliensem, in rem et manus suas Legatis ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto contentarum de actu et data eiusdem scripti hic Praemisliae Sabbatho, post Diem Cinerum proximo Anno Millesimo Sexcentesimo

1 centesimo sexagesimo sexto proxime praeterito dato et conscripto, manu eiusdem Magnifici Procuratoris subscripto, actis praesentibus cum ingrossatione Vadij Mille Quingentorum florenorum polon. roborato, nec non de eadem Inscriptione Castrensi Capitaneali Praemislien. Roboratoria, atque summa praefata Mille Quingentorum florenorum polon. ob praestitam sibi in praemissis satisfactionem Quietat, emittit, dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronunciat, scriptum praefatum, eiusque Inscriptionem Roboratoriam in toto et per omnia cassat, mortificat, et annihilat, perpetuum sibi praemissorum ratione imponendo silentium. Hac sua praesenti personali Quietatione ad praemissa omnia mediante.

9/VII 1669

Vigore Laudi Feria Tertia ante Festum Sanctae Margarethae Virginis et Martyris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo nono.

Vruska seu Kulczycka Matkowskiemu Donat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemislien. Nobilis Maruska olim Nobilis Stas Vruski filia, Nobilis vero Basilij Kulczycki Pec Consors legitima, cum eiusdem mariti sui uti Tutoris coniugalis personali assistentia, et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu sana mente et corpore existens a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusuis proprijs et competen. recedendo, Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemislien. Iurisdictioni quoad ea quae hanc attinet seu eius successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipsa bona sua propria et haereditaria videlicet Pole w Łęgu Bereczyney Łotki pięć do= między

Remissio